

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Freiburger Urkundenbuch**

Texte

**Hefele, Friedrich**

**Freiburg i.Br., 1957**

148 - Freiburg [1309] Februar 6: Die Reuerinnen zu Freiburg bitten den Bischof von Konstanz um Wiederaufnahme in den Dominikanerorden

[urn:nbn:de:bsz:31-70578](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-70578)

Die Reuerinnen zu Freiburg bitten den Bischof von Konstanz um Wiederaufnahme in den Dominikanerorden.

*Or. (durch Feuchtigkeit stellenweise verblaßt) Universitätsarchiv: Dominikaner, Konvolut 26. Einschnitte zum Verschuß des Briefes. — Rückseite 5 von anderer Hand . . . Venerabili patri ac domino Gerhar[do] dei gracia Constanciensis ecclesie episcopo.*

*REpConst. n. n 54.*

*Schreiber unbekannt. Pergament uneben zugeschnitten. Ob der Brief mit Siegel verschlossen war, ist nicht mehr sicher zu erkennen; anscheinend war 10 es der Fall.*

*Zum Datum: Das Jahr 1309 ergibt sich aus der folgenden Urkunde.*

*Zur Provenienz: Der Brief ging wohl vom Bischof an den Prior der Dominikaner zu Freiburg zum Vollzug der Wiederaufnahme. Vgl. n. 149.*

*Zur Sache vgl. Bd. 2 n. 37, 72, 74, 111, 203; ferner Freib.DA. 2, 67. 15*

Venerabili patri ac domino Gerardo dei gracia Constanciensi episcopo devote sibi in Christo sorores priorissa suppriorissa totusque conventus monasterii Sancte Marie Magdalene apud Friburgum cum omni reverencia obedienciam debitam et devotam. Dominacioni vestre licet cum magna ac debita reverencia intimamus, quod, cum quondam sine gubernacione et regimine existentes in omni religione et statu exterminate quasi penitus fuisset, ex commissione tandem domini Thusculani cardinalis legati a latere domini pape missi sub regimine reverendi<sup>a</sup> patris prioris provincialis fratrum ordinis Predicatorum feliciter respiravimus, quorum habitum et ordinem cum magna humilitate ac devocione petivimus ac demum divina providente clemencia licet cum multis 25 fletibus et per multorum intercessionem obtinuimus et per tria generalia fratrum predicti ordinis capitula secundum privilegia et consuetudinem eorundem eidem ordini rite et legitime incorporate fuimus, in quo per novem annos et amplius devote et laudabiliter perseverantes adeo emendate fuimus, ut quasi erepte faucibus inferi omnium miseriarum nostrarum oblite tam in religione quam in diviciis 30 de die in diem plus ceteris monasteriis proficere videremur; cum itaque sic nostra felicitas augetur, dyabolico decepte consilio tantam ingratitude incurrimus, ut ob cuiusdam vanas prepositi litteras sanctum nostrum videlicet predictum ordinem<sup>b</sup> et habitum, quem rite professe fuimus et tanto tempore gestavimus, frivole abicentes quorundam persuasione minus fideli nos predicti ordinis regimini ac discipline in salutis et honoris nostri dispendium inconsulte subtraximus et iam multo tempore extra ordinem et habitum memoratum stetimus, ex quo deo ultore contigit, ut in omni bono deficientes et tamquam oves perditae non haben-

148 <sup>a</sup> v über getilgtem o <sup>b</sup> vor ordinem ein gelöschtes o



tes pastorem<sup>e</sup> despectui etiam<sup>d</sup> hominibus habeamur. Nostram igitur culpam et culpe miseriam att[e]ndentes plangimus et redire ad ovile debitum affectantes vestre dominacionis pedibus provolute vestram clemenciam humiliter imploramus et lacrimabiliter petimus, quatinus nostris calamitatibus miser-

5 corditer compaciendo auctoritate vestra ordinaria nobis dignemini providere et, qui nunc est, priori provinciali fideliter velitis scribere, ut nostris demerito ignoscens nos ad ordinem et ordinis habitum reassumat et recolligat tamquam ordinis sui membra, maxime cum iam omni regimine careamus et, quamdiu extra ordinem predictum vagamur tamquam apostate, lesis semper conscien-

10 ciis possimus nequaquam animis quietari nec ipse pater noster provincialis bona consciencia hoc poterit recusare, cum pro nostris excessibus parate simus ad omnem ordinis disciplinam. Induat igitur vestra sanctitas viscera pietatis, ut, quod omnes affectu unanimi postulamus a vobis in<sup>e</sup> nostre salutis augmentum et meritorum vestrorum cumulum, misericorditer reportemus. Datum in Fri-

15 burgo in crastino sancte Agate virgines.

149

1309 März 16

*Bischof Gerhard von Konstanz beauftragt den Prediger-Provinzial in Deutschland, das Magdalenenkloster zu Freiburg wieder in den Orden aufzunehmen.*

20 *Or. Stadtarchiv: XVI A, Reuerinnen. Siegel an roten Seidenstreifen: oval (68/43). Der Bischof, auf der Kathedra sitzend, die Rechte zum Segen erhebend, in der Linken den Stab; im Baldachin, dessen Spitze das Kreuz der Umschrift bildet, ein Adler<sup>1</sup>. ☚ S: GERHARDI: DEI: GRACIA: GPI: CONSTANCIEN.*

25 *Freib.DA. 2, 75 f. — Freib.DA. 2, 66 f. mit Bemerkungen zur Sache; REp Const. 2, 68 n. 3499.*

*Geschrieben wohl nach kurialem Vorbild von anderer Hand wie n. 36. Das Siegel auf der Rückseite ohne Fingereindruck oder Kerbe.*

Gerhardus dei gratia Constanciensis episcopus honorabili et religioso viro fratri . . . priori provinciali fratrum ordinis predicatorum per Theutonium salutem in domino sempiternam. Cum olim venerabilis pater et dominus Johannes miseracione divina M.<sup>a</sup> Thuschulanus<sup>b</sup> episcopus sedis apostolice legatus . . . priori provinciali Theutonie evidentibus motus rationibus monasteria sororum sancte Marie Magdalene in Theutonia cum plenaria auctoritate gubernanda commiserit et ille gubernacionem illam assumpserit<sup>1</sup>, . . . priorissa et sorores

35 148 <sup>c</sup> letzter Buchstabe s gelöscht <sup>d</sup> etiam fraglich, Kürzung für et mit Balken darüber <sup>e</sup> in über getilgtem ad

149 <sup>a</sup> sic, unverständlich und wohl zu tilgen <sup>b</sup> a verbessert aus i  
 40 <sup>1</sup> Wappen der Herren von Belvoir, des Geschlechtes, dem der Bischof entstammte. Vgl. K. J. Heilig, Zur Geschichte des Konstanzer Bischofs Gerhard von Bevar: ZGORh. NF. 42, 117 f. nebst Beilage I. Diese Urkunde mit ihrem Siegel ist Heilig entgangen.